



---

## Yale University Library Digital Collections

<b>Title</b>	Institutiones oratoriae / [edited by Giovanni Antonio Campano].
<b>Call Number</b>	Zi +3381
<b>Creator</b>	Campano, Giannantonio, Bishop, 1429-1477, Quintilian
<b>Published/Created Date</b>	August 3, 1470]
<b>Rights</b>	The use of this image may be subject to the copyright law of the United States (Title 17, United States Code) or to site license or other rights management terms and conditions. The person using the image is liable for any infringement.
<b>Extent of Digitization</b>	Partial work digitized.
<b>Generated</b>	2022-06-02 16:31:43 UTC
<b>Terms of Use</b>	<a href="https://guides.library.yale.edu/about/policies/access">https://guides.library.yale.edu/about/policies/access</a>
<b>View in DL</b>	<a href="https://collections.library.yale.edu/catalog/10079789">https://collections.library.yale.edu/catalog/10079789</a>

---

Alterum quod est in respondendo: interrogatus ille uel cū hoc ei dictum esset respondit. Tertium huic non dissimile cum quis non dixisset sed aliquid fecisset: etiam in ipforum factis esse ebriam putāt: ut Crates cum indoctum puerum uidisset: pedagogum eius percussit. et aliud pene par ei qđ tamen eodem nomine appellare non audent. sed dicunt. <sup>ut ille</sup>  $\chi\rho\epsilon\iota\omega\alpha\epsilon\varsigma$ . ut Milo: quem utulum asseuerat ferre taurum ferebat. in his omnibus & declinatio per eosdem ducit casus et tā factor, qđ dictor. ratio est: Narratiunculas de poetis celebratas noticię causa non eloquentię tractandas puto. Cętera maioris operis ac spiritus latini p̄ceptores relin-  
quendo: necessaria grammaticis fecerunt. gręci magis opm suorum et onera et modum norunt. *An eximio futuris notā*

*An id. Veneris / Tauri*

*Sic phorism Artium scientia*

Ec de grammaticę qđ breuissime potui non ut omnia dicerem sectatus: quod infinitum erat. sed ut maxime necessaria nunc de cęteris artibus: qbus instituendos prius qđ rhetori tradantur pueros existimo strictim subiungam. ut efficiatur orbis ille doctrine quem gręci. <sup>uocantur</sup>  $\epsilon\upsilon\kappa\upsilon\kappa\lambda\omicron\upsilon\varsigma$  <sup>uocant</sup>  $\pi\omicron\tau\iota\delta\epsilon\omicron\chi\eta$  uocant. Nam iisdem fere annis aliarum quoqđ disciplinarum studia ingredienda sunt. Quę quia et ipse artes sunt. et esse perfectę sine orandi scientia non possunt. nec rursus ad efficiēdum oratorem satis ualent solę: an sint huic operi necessarię querit. Nam quid inquit ad agēdam causam dicendāue sententiam pertinet scire quēadmodum ducta linea constitui triangula equis lateribus possit: aut quo melius uel defendet reum uel reget colilia qui citbare sonos numeris et spaciis distixerit. enumerent etiā fortasse multos q̄libet utiles foro qđ neqđ Geometrem audierint: nec Musicos: nisi hac communi uoluptate aurium intelligant. quibus ego hoc primum respondeo quod & Cicero scripto ad Brutum libro frequentius testatur. Non enim a nobis institui oratorem qui sit aut fuerit sed imaginem quandam concepisse nos animo p̄fecti illius ex nulla parte cessantis. Nam & formāntes sapientē eum qđ sit futurus consumatus

*Crates cum indoctum  
puerum uidisset: [ /  
pedagogum percussit;*

*Milo taurum ferebat;  
uelia.*

*Inuidat gręcos*

*Cicero*